



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XVIII. De ordinum militarium apud Hispanos occasione & successu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

natione Belga, Reg'bus Hispaniæ fecit potestatem legendi Episcopos ac præsentandi: vt Ioannes Mariana tradit in Auctario suo ad Hispaniæ historiam.

CAPUT XVIII.

DE ORDINVM MILITARIVM &
pud Hispanos occasione & suc-
cessu.

EO tempore, quo Hispania, maxima ex parte, erat sub Arabum potestate & imperio cōstituta, cū n esset perpetuum inter illos & Christianos bellum, sine ullo firme & stabili induciarum fœdere, fuerūt quidam viri nobiles, non magis virtute, quam religione præcellentes, qui volebant se pro Christi gloria, quamdiu vires suppterent, summa contentione pugnaturos. Quod vt multò alacrius ficerent, & vt commodiū ad cœlum viam munirent, à nuptijs abstinebant. Horum vita partim in religionis studio, partim in armorum exercitatione consumebatur. Tantusque erat in illis ardor animorū, vt eos beatissimos iudicarent, qui in bellis pro defensione Rei pub. & Christi sanctissima religione suscep̄tis occumberent. Horum exemplum cū multi sequerentur, fuerunt varij militares Ordin-

LIBER I. CAPVT XVIII. 51

Ordines instituti, à Regibus multis benefi-
cijs ornati, & à Pōtificib[us] Maximis appro-
bat: ex quibus multi viri prodiere, quorū
virtute Mauri s[ecundu]m s[ecundu]m magna Chri-
stiani nōminis gloria, fusi fugatiq[ue] sunt.
Erant autem omnes signo Crucis, rubro
aut viridi, vestibus assuto, secundūm pectus
in signiti.

Ex his suēre militares Ordines S. Iacobi,
Alcantaræ, Calatravæ, Christi, Auifii, & alij: de
quibus fusè egimus libello pecaliari.

Ceterūm Hadrianus VI. Papa anno
1523. concessit, vt trium Ordinum eque-
strium, videlicet S. Iacobi, Alcantaræ & Ca-
latravæ, Præfectura, ab alijs Pontificibus
concessa, deinceps Castellæ Regibus pro-
pria perpetuaq[ue] esset.

CAPVT XIX.

COLLEGIA SOCIETATIS IESV
in Hispania.

IN vniuersis Hisp[ani]iarum regnis Socie-
tas Iesu quinq[ue] Prouincias habet, quas v-
nā cum singularum Collegij operæ pre-
tium h[ic] fuerit ob oculos ponere, quod ex
ijs potissimum desumpti fuerint, hodie que
desumantur præcones Euangelici, ad Chri-
sti doctrinam, per vtramq[ue] Indiam, longè
lat. q[ue] disseminandam.

D 2

PRO